
BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
LX11
F
15
NAPOLI

B

BIBLIOTHECAE
IVRIDICAE
LIPENIANAE
TOMVS PRIMVS

MARTINI LIPENII

BIBLIOTHECA

REALIS

IVRIDICA

POST

VIRORVM CLARISSIMORVM

FRIDERICI GOTTLIEB STRVVII

ET

GOTTLOB AVGVSTI IENICHENII

CVRAS

EMENDATA, MVLTIS ACCESSIONIBVS AVCTA

ET LOCVPLETATA

ADIECTO ETIAM ACCVRATO

SCRIPTORVM INDICE

INSTRVCTA



TOMVS PRIMVS

CVM PRIVILEGIO POTENTISSIMI REGIS POLONIAE AC ELECTORIS SAXONIAE

LIPSIAE

APVD IOANNEM WENDLERVM

ANNO M DCC LVII



L S

En tibi, beneuole lector, opus MARTINI LIPENII, multorum studiis approbatum, bibliothecam Iuridicam, cuius quarta haec editio est, quam in vsum studiosorum iuris curauimus. Ac de LIPENIO quidem superuacuum sit, ea, quae ad illius vitam spectant, hoc loco exponere: quum IO. HENR. DE SEELEN in oratione, qua regimen adiit Gymnasii Lubecensis, quam secundis curis emendatam & auctam inseruit Athenis Lubecensibus P. I p. 88 vitam nostri docte diligenter que descripserit: quam nos, vt eam GOTTLOB AVG. IENICHENIVS in sua bibliothecae huius editione cum notis quibusdam edidit, in hac quoque repeti iussimus. Neque laudes LIPENII maiores facere commemorando possumus, quam plerique lectores animo & cogitatione praeceptas habuerint. Edendae huius bibliothecae quod consilium ei fuerit, quibusue subsidiis instructus ad tantum opus accesserit, ex ipsius praefatione addere non e re visum est, propterea quod id vel e titulo operis, atque per se adeo, satis patet. Edita est autem, vt, quae ad historiam huius libri pertinent, paucis commemoremus, anno superioris seculi LXXIX. Posteaquam exempla distracta erant, heredes Birckneriani, quos eo inuitauerat GVIL. HIERONYMVS BRVCKNERVS, & huius auctoritate potentior spes aliqua lucri, verum honestissimi, secundam editionem a STRVVIO, nouorum librorum accessionibus auctam anno Chr. CIↃIↃCCXX. nobis dederunt. Ei qui praefatus est, GVIL. HIERONYMVS BRVCKNERVS, ipse nihil neque ad augendam contulit, neque in emendanda praestitit. Sed eam quae secuta est anno seculi huius XXXVII tertia longe non modo in appellandis vel nominibus auctorum, vel indicibus librorum correctior, aliis que partibus accuratior, sed etiam optimis, vt ait, selectissimis que libris, & dissertationibus fere omnibus locupletior prodiit egregia opera IENICHENII, Viri doctissimi, atque aliis etiam scriptis, & dignitatibus Clarissimi, qui se praedicat ipsius octennii laborem improbum ac plane Herculeum in hoc Augiae stabulo expurgando non fortius suscepisse, quam constantius pertulisse. In hac editione scriptoribus iis, qui sub aliquo ficto nomine latebant, verum & genuinum redditur. Nonnunquam de scriptore libri alicuius, de vtriusque satis, de

 repeti-

repetitis editionibus librorum, & eius generis alia iucunda & vtilia docemur. Iudicium de libris, & ſcriptionibus, praeterea editur. Scriptores cuiuſque claſſis ii, qui ante alios conſulendi videbantur, maioribus litterarum formulis exſcripti ſunt. Ea, quae vni IENICHENIO tota debentur, primam nominis eius litteram indicio habent: cetera, in quibus aliquid mutatum ac correctum eſt, aſteriſci ſignum. Qua in re cum aliorum, tum inprimis virorum celeberrimorum, CHRISTIANI a NETTELBLADT, & FRIDER. OTTONIS MENKENII ope ac conſilio vſus eſt. Anno VI poſt & Supplementa & Emendationes edidit. Quam bibliothecam hoc modo inſtructam atque ornatam triennio poſt a IENICHENIO, quam Supplementa eius exiiſſent, emit vir honeſtus, & rei librariae iuuandae cupidus, qui ſumtum in hanc editionem quartam fecit, IO. WENDLERVS. Is nouam eius editionem prius procuraſſet, ſi, quam res eſt minima velle, tam facilimum foret, quod volumus, effectum dare. Sed, cuius conſilium dudum ceperat, id multis de cauſis neceſſario dilatum, anno demum proxime praeterito inſtruere, nunc autem ad finem perducere licuit. Quod vt eſſet rei litterariae fructuoſius, ad hunc librum vel ornandum vel limandum vel locupletandum, ſiue conſiliis, ſiue monitis, ſiue denique ſupplementis, ſuppeditandis, operam ſuam, rogati a WENDLERO, pro ſua quiſque facultate, & pro ſua cuiuſque opportunitate, contulerunt viri Clariſſimi, quos ornamenta habet vniuerſitas artium, quae apud nos eſt, qui patiantur honoris cauſſa nominari ſe, IO. GEORG. CRAMERVS, HENR. GOTTLIEB FRANCKIVS, CHRISTIANVS GVILIELMVS KÜSTNERVS, IO. AVG. BACHIVS, CHRISTIAN. GOTTHELF GVTSCHMIDIVS, IO. LVD. CONRADIVS, GOTTLIEB SCHVMANNVS, IO. GOTT. BOEHMIVS. Praeterea inſeruimus copias, quas locis quaſque ſuis reddendas ab exteris accepimus, vel ex eorum libris ſumſimus, quorum quidem nomina & ipſa honoris cauſſa hoc loco ponimus, AVGVSTINI DE BALTHASAR, viri & doctrina & dignitate Illuſtris; IO. FRID. IVGLERI, AVG. BEN. MICHAELIS, CHR. a NETTELBLADT, virorum ſuis cuiuſque meritis Celeberrimorum. Non omittenda quoque videntur Dominorum THILONIS, SCHVBERTHI & WAGNERI nomina, quippe qui colligendi & corrigendi operis labores ſuſcepe-

fceperunt, vt & IO. HENRIC. BERGERI Bibliopolae Tubingenfis, cui WENDLERVS nofter magnam gratiam habet, habebit vero etiam res litteraria, quod commonftrauit ea, quae perfectius ab arte libraria maxime corrigi poterant. Quo magis fperare poffumus accepturum te libenter dotem, quam tibi, lector, praefens affert editio. Vt autem fcias, quid in dotem datum fit, virorum fupra laudatorum confiliis inftructi, quae opus erat, immutauimus, correximus, addidimus, reiecimus. Immutauimus: vt, quum e rubrica, *Inftitutiones variarum editionum & notarum*, Synopfes, Compendia, Controuerfias, aliofque libros, in quibus neque Inftitutiones ipfae, neque notae ad eas legebantur, alio tranftulimus.

Rubricas fiue titulos multis locis correximus, vt vel ex fequentibus apparet: *Archiofficia Palatina*, *Camera Imperialis*, *Canones & Canonicum ius*, *Ciuitates Imperiales*, *Feuda*, *Saxonica*. Addidimus libros quidem non tantum omiffos antea, verum etiam, qui per hoc fpatium temporis, quo abeft a poftrema haec editio, lucem primum viderunt, nouos, & differtationes academicas de iure vniuerfo, inprimisque Gallorum ac Britannorum, nec non fcripta politica, fi quae forte ad ius pertinere videbantur, praeterea autem locis plurimis, infinitis enim dicere, non quod non poffimus, fed quia fidem non habuerit, nolumus, obferuationes, editionum, annos, fcriptorum nomina. Sed, qui primo loco nominandus erat, catalogum fcriptorum, & ipfum locupletiorem factum, fubiectis indicibus librorum fub eorum fcriptoris cuiufque nomen, ad vfum tuum, lector melius adornauimus. Reiecimus autem, que IENICHENIVS tulerat, iudicia de libris: etfi IENICHENIVS magnopere probarat hanc confuetudinem de libris iudicandi, atque in eo LIPENIVM & STRVVIVM peccaffe affirmabat, quod fine cenfura libros dimiferint. Videmur vero non fine ratione feciffe, qui iudicia de libris in hac bibliotheca fieri noluimus. Erat enim de omnibus, vel certe plerifque, aut de nullis prorfum cenfura facienda. Nam, fiquis forte cenfuram paffus non erit, aut de malo bene, aut de bono male iudicabunt. Et certo fcimus LIPENIVM iudicio abftinuiffe fe ab hac iudicii latione. Satis enim diferte confilium, edendae bibliothe-

cae nobis indicat, futuros argumentorum iuris scriptores iuuandi. Quos profecto nihil iuuerit aliorum nosse iudicia: his libri omnes ipsi legendi ac cognoscendi sunt. Atque vt obscurus & malus scriptor interdum latet sub aliquo grege nobilium & bonorum: cum perlegerit eos omnes qui scripturus est, nisi & ipse malus atque ignobilis scriptor futurus est,

Non hunc principibus permistum agnoscet Achiuis.

Cur igitur a LIPENIO abiissemus? Praesertim cum, qui iudicia de scriptoribus amat, ex aliorum commentariis ea petere possit: quales exempli caussa instituit is, quem ante nominauimus, AVG. DE BALTHASAR. Haec si satisfecerint expectationi tuae, lector, erit, cur nobis ipsi gratulemur: displicitura quidem, non est cur credere velimus. Siquid in operis retractatione humana prudentia parum cauit, & in tanto mirabitur aliquis? aequum est ignoscere te, cuius reliqua bona. Sed quae deesse videbuntur, atque adeo desunt, ea omnia nos, quantum vel ipsi poterimus a studio, labore, industria, vel ab aliorum consiliis, monitis, praeceptis, in Supplemento, quod subsequetur, colligere & repetere statuimus. Quod eo citius sequetur, quo magis doctorum virorum iudiciis nostram operam probatam fuisse intellexerimus: quod quidem vbi huic libro contigerit, vehementer laetabimur. Vale B. L. Scr. Lipsiae in ipso mercatu vernali, ipsis Kal. Maiis A. CIↃIↃCCLVII.



IO.

IO. HENR. DE SEELEN[a])

VITA MARTINI LIPENII

CVM NOTIS GOTTLOB AVGVSTI IENICHENII[b])

MARTINI LIPENII, viri de omni re literaria praeclare meriti vitam desiderarunt multi eruditi, ad quorum manus Programma SVANTENIANVM Lubecense, illam digna fide descriptam, exhibens, non peruenit. Quare, vt hac occasione desiderio isti satisfaciam, facile commoueor. Protulit hunc virum, de omni re literaria praeclare meritum, *Gorza Marchica* an. 1630. ipso festo die MARTINI, cuius nomen ei fuit impositum. Parentes nactus est GEORGIVM LIPEN & MARGARETAM, HERMANNIAM, a quibus cum agricultura pietas, integritas & honestas semper fuit coniuncta. Hi filium suum in *Brandenburgensem* primum, deinde *Ruppinensem* scholam miserunt, ex quo ad *Sedinense* Gymnasium est profectus, & MICRAELII aliorumque institutione egregie profecit. Doctrinae iam tum multa industria comparatae luculentum extat testimonium erudita illa Disputatio Theologica *de mirabili animae rationalis origine*, quam elahorauit, & Praeside IOACHIMO FABRICIO d. 5. *April.* 1650. defendit. Quum scholasticum stadium multa faciendo, multa etiam ferendo absoluisset, an. 1651. mense *Maio Vitebergensis* Academiae ciuis euasit, & simul summorum virorum, SCHARFFII, CALOVII, IO. MEISNERI, KVNADI, QVENSTEDII, DEVTSCHMANNI, ZIEGLERI & LEYSERI auditor, quem ob diligentiam & animum ad solidam eruditionem Theologicam pariter ac Philosophicam contendentem magno amore sunt prosequuti. Imo secundo statim anno Academico sedulitatis praemio, summis in Philosophia honoribus, eum ornarunt. His insignitus, concessa alios docendi facultate prudentissime vtebatur, & scholas, in quibus vel Philosophiam tradebat, vel ad humanitatis artes monstrahat viam, aperiebat. Saepe etiam prodibat in publicum, & vel Respondens IO. ANDR. QVENSTEDII Disp. Theol. *de Praedicationum personalium in articulo de persona* CHRISTI *occurrentium quidditate, qualitate & veritate* an. 1652. ABRAH. CALOVII Cap. XII. *considerat. Arminianismi*, nec non IAC. REICHMANNI Disp. Phil. *de stellis tam vsitatis quam insuitatis* an. 1653. vel Praeses varias Dissertationes nitide conscriptas defendebat. His rebus inclarescebat, & Doctoribus publicis *Vitebergensibus* adeo placebat, vt dignum eum iudicarent, qui splendida munia, ipsis commendantibus, modo Rectoris Gymnasii *Goettingensis*, modo Antistitis primarii apud *Modornenses* in Hungaria, modo Inspectoris *Rathenouensis* in *Marchia* capesseret. Praeter *Cotbusanos* quoque in *Lusatia*, qui scholae suae Rectorem eum esse voluerunt, alii ad munera scholastica illum vocarunt. Sed causas easdemque graues habuit, cur *Vitebergae* maneret. Tandem tamen dulcissimam studiorum suorum matrem reliquit, & an. 1659. *Halam* accersitus Conrectorem se creari passus est. Anno 1661. Rector quidem scholae *Oldenburgensis* fuit designatus, sed *Hala* tamen nondum voluit abire. Abiit autem an. 1672, quum Gymnasii CAROLINI, quod *Stettini* est, Rector & Professor constitueretur. Ibi multos habuit praestantissimos discipulos, quos inter est, EHREGOTT DANIEL COLBERGIVS, qui LIPENIVM saepe *suum in Philosophia felix oraculum* nuncupauit. vid. summe ven. PFIPPINGII P. II. *memor. Theol. p.* 1422. *Stettino* venit *Lubecam* an. 1676. d. 19. April. ad Conrectoris officia exsequenda a Magnifico Senatu huius reipublicae benigne vocatus. Huius muneris & aliis grauissimis laboribus, molestiis etiam atque morbis fariga-

tus

a) Descripsit vitam LIPENII SEELENIVS in oratione, qua munus Rectoris Gymnasii Lubecensis auspicatus est, quam postea secundis curis auctam Athenis Lubecensibus inseruit P. I. p. 88. In ipsa oratione l. c. p. 16. de LIPENIO ita loquitur: *Neque contemnendus est* MARTINVS LIPENIVS, *cuius merita in scholam nostram & vniuersam doctam rempublicam ingenui omnes recte norunt aestimare, admirantes in eo incredibilem diligentiam, quam elaboratis scriptis antiquitatem philosophiam, rem litterariam illustrantibus luculenter ostendit.* Praetee SEELENIVM, IOECHERVS in *Lexico biographico eruditorum* & B. IO. FABRICIVS in *Historia Bibliothecae suae* P. III. p. 177. breuiter de LIPENIO disseruerunt.

b) Quarum nonnullas, prout in praefatione huius vitae priori editione praemissa, more suo i. e. ingenue profitetur, desumsit ex auctore *Bibliothecarii impartialis* P. XIII. p. 30. sq. quasdam vero acceptas refert industriae & beneuolentiae viri tunc iuuenis doctissimi OLAI HENRICI MOLLERI, IO. MOLLERI filii.

tus & plane fractus an. 1692. d. 6. Nou. beata morte ad veram quietem peruenit, & famae hodieque per orbem eruditum vaganti merita sua, prudentiorum omnium consensu praedicanda, reliquit. Haec merita eius loquuntur scripta, *Vitebergae, Stettini, Halae* & *Lubecae* stupenda sedulitate confecta, quorum pleniorem, quam adhuc quidem ullo in loco habemus, heic dabo indicem. Sunt autem

Disputatio Ethica *de affectibus in genere, Viteb.* 1655. 4.

Disp. Polit. *de tyrannide, ibid.* 1656. 4.

Biga problematum Physicorum *de Iridis ante diluuium existentia & sermonis in brutis carentia, ibid.* e. a.

Discursus Metaphysicus *de communicationis quidditate, veritate & varietate, ibid.* e. a.

Disp. Metaphysica *de regula, ibid.* 1657.

Disputatio Metaphys. *de mensura & mensurato, ibid.* e. a.

Exercitationes Aretologicae quatuor, ibid. 1657. & 1658. 8.

Disp. Logica *de prima mentis operatione, ibid.* 1658. 4.

Fasciculus Disputationum, quarum prima IONAE *diaplus Thalassius ex S. historia defunctus & ex Philologia illustratus*; altera *de nauigio* SALOMONEO & tertia *de Ophir, Viteb.* 1678. 4.

Nouigatio SALOMONIS *Ophiritica illustrata, Holae* 1660. 12. p. 826. In hoc libro fusius ea sunt exposita, quae in praecedenti Tractatu breuiter dicta.

Zeitlich aber doch Christlich und seelig abgelegte Wonderschafft H. CHRISTIANI CAROL. MYLII, I. V. D. *Haloe* 1663. 4.

Der hochheilige und recht seelige Christ-Tag, des am Christ-Tage gestorbenen H. CHRISTIANI RVDLOFF, Patritii, *ibid.* 1670. 4.

Unvergleichliche Creutz-Thränen bey der Leiche Fr. MARIEN CATHARINEN SCHVLTZIN, *ibid.* 1666. 4.

Camera caelestis, in quam CASPAR NEEFE Reu. ac Sereniss. Principis ac Domini, Dn. AVGVSTI, Postul. Administr. Magdeb. Camer. publicae Praefectus translatus, *Hal.* 1664. 4.

Vale Hallense Gymnalio *Hallensi* in quo per XIV. prope annos publice docuit, d. 13. Febr. 1673. dictum, *ibid.* 4.

Decas *thesium Philosophicarum, Stettin.* 1673. 4.

Disp. publica de Philosophia, ibid. e. a.

Progr. de DARIO MEDO, *ibid.* 1674. fol.

Lithologia siue *Physica lapidum consideratio, ibid.* 1674. 4

Dissertatio historica de MARIAE *ortu, ibid.* 1675. 4.

Disputatio Metaphysica de toto & partibus, ibid. e. a. 4.

Diss. Moralis de violentis manibus, ibid. e. a. 4.

Orologia i. e. Disp. Physica *de montibus, ibid.* e. a. 4.

Disp. Metophys. de necessitate & contingentia, ibid. e. a. 4.

Progr. Stettinensia in funeribus GVSTAVI AB HELMFELD (vid. summe Reu. GOETZII nostri *Elogg. praecoc. Eruditor. p. 1. sqq.* vbi integrum Programma est repetitum) LEON. AXEL VON HEVCKING, BARBARA E CATHAR. ROSENHANDTIAE, ANNAE MARIAE ENGELBRECHTIAE, BALTH. BENDELII, Diaconi, DOROTH. BLANCKEN, GEORG. IAC. BLANCKEN, Med. Doctoris, ELISAB. BRVNSCHWIGIAE, ANNAE MAR. FABRICIAE, IOACH. FABRICII, Past. Wollinensis, DAN. FLEISNERI, vectigalium nauticorum Praefecti, GVIL. FRANCKEN, Symmistae, FRID. HELWIGII, Med. Doctoris, DAV. HERAST, Med. Doct. & Physici, MARTIN KOCHEN, Senatoris, ANDR. KRVEGER, VLRIC. CLEM. MICHAELIS, Consulis, SOPH. ELISAB. PAHLIAE, MAR. POLISIAE, MARIAE PFEILIAE, FRID. THEOD. RANGONIS, MART. RVECKEFORT, CHRIST. SCHADELOCKEN, Med. Doctoris, SAM. SCHAVM, Senatoris, SARAE SCHILTZIN, IOAH. SCHMIDEN, arcis Regiae Praetoris, MART. SCHÖRCKELII, NICOL. SCHVLTZEN, IOACH. STRECKER publici iuris facta, praeter vitas, alia saepe non inelegantia ex historia sacra & ciuili, ex antiquitate, ex mythologia complectuntur. Vnde ab eo, qui possidet, conseruari vtique merentur [c)].

Integra strenarum ciuilium historia a prima origine per diuersas Regum, Consulum & Imperatorum Romanorum nec non Episcoporum aetates ad nostra vsque tempora deducta, & quod nomen, auctorem, materiam seu munera, tempus & vota illustrata, Lips. & *Hal.* 1670. 4. [d)] hunc librum beatus auctor multis accessionibus locupletatum reliquit.

Strenae Ecclesiasticae, quae Duumuiri clarissimi & de Ecclesia CHRISTI *optime meriti Theologi Dn.* IACOBVS HERRENSCHMIDT *in Strenographia Rhetica, & Dn. D.* IOSVA STEG-

c) *Lubecae* quoque Programmata conscripsit vir industrius, quemadmodum bina Programmata in funere ERN. DIETR. BRAVERI, Consulis & HENR. SEEDORF I. V. D. *Lubecae* 1686 euulgasse eumdem nobis affirmauit OLAVS HENRICVS MOLLERVS, vir Musis nostris amicissimus.

d) Hunc librum denuo typis excusum *Lipsiae* a. 1677. 4. prodiisse scribit idem, quem modo laudauimus, MOLLERVS. Dignum censuit hunc eximium LIPENIANI ingenii foetum IO. GEORG. GRAEVIVS, quem Tomo XII. Thesauri Antiquitatum Romanarum insereret.

STEGMANN *in Icone pietatis suo quisque loco & tempore conscripserunt, obtulerunt, ediderunt, in vnum fasciculum collectae & ex multis aliis piorum & deuotorum virorum meditationibus auctae*, Lubec. 1677. 4.

Bibliotheca realis Theologica, omnium materiarum, rerum & titulorum in vniuerso sacrosanctae Theologiae studio occurrentium, ordine alphabetico sic disposita, vt primo statim aspectu tituli, & sub titulis auctores iusta velut acie collocati in oculos pariter & animos lectorum incurrant, Francof. ad Moen. 1685. fol. [e])

Bibliotheca realis iuridica, ibid. 1679. fol. [f])

e) IOACHIMVS FELLERVS in *Actis Eruditorum Latinis* d. a. 1685. p. 403. sic de LIPENIO indicat. *Nec infeliciter immensa illa opera vir scholasticis aliis laboribus circumuallatus fuit defunctus.* B. IO. FABRICIVS, aeternum Academiae Iuliae ornamentum, in *Historia Bibliothecae suae* P. III. pag. 175. Bibliothecae Theologicae mentionem facit, & varios errores a LIPENIO in eadem commissos modeste corrigit. De ipso LIPENIO sic iudicat. *Vir fuit integre probus, probeque integer, pacis ac concordiae amantissimus, a litibus & rixis alienissimus, motusque omnis indecori abstinentissimus.* IO. FRANCISCVS BVDDEVS, immortalis nominis Theologus, in *obseruationibus* ad IO. ANDR. BOSII *notitiam scriptorum ecclesiasticorum* p. 50. editionis, quam Cel. IO. GEORG. WALCHIVS. *Ienae* a. 1723. typis exscribendam curauit, de LIPENII bibliotheca theologica hoc iudicium tulit: *eum ad ordinem materiarum libros magna diligentia disposuisse.* IO. FRID. MAYERVS *in bibliotheca biblica* p. 41. in hanc sententiam pronunciat: MARTINVS LIPENIVS *post vulgatas bibliothecam realem iuridicam, medicam & philosophicam, non dubitauit etiam theologicam, ingens & arduum opus, edere, in quo sub titulis ordine alphabetico dispositis magno saepe numero, vtinam tanto selectu tantaque accuratione! libros enarrauit. Inter illos titulos nomina quoque & inscriptiones librorum biblicorum & sub his commentatores varii generis ac idiomatis, tantaque, quanta nemo ante eum exhibuit, copia nominati reperiuntur. Praeterquam, quod vt dixi, parum interdum accuratus est, nullum quoque adhibuit discrimen vel aetatis, vel religionis, quod non mediocriter in einsmodi scribendi genere necessarium esse, non diffitebitur.* Auctor *Bibliothecae portatilis exegeticae in praefat.* p. 9. ita scribit: *In Bibliotheca Theologica* LIPENII *splendidissimam concionatoribus accendi lucem, quippe in qua omnes materiae, res ac tituli in vniuerso S. S. theologiae studio occurrentes contineantur.* IDEM scriptor l. c. LIPENIVM *virum doctissimum & famigeratissimum* vocat. Audiamus nunc IACOBVM FRIDERICVM REIMMANNVM, qui in *catalogo Bibliothecae suae* p. 90. & 91. sic fatur: MARTINI LIPENII *bibliotheca theologica magno labore ac studio congesta omni scriptorum theologicorum genere ita abundat, vt mole sua laborare videatur. Sane huius commatis copiosiorem elenchum orbis eruditus non vidit. Nec tanto exercitui dux defuit, sed duci tempus, locus, occasio, hos milites omnes ac singulos, qua decet, diligentia lustrandi & iusta acie collocandi. Atque hinc natae, quae in vastissimo hoc corpore eruditorum oculos offendunt, maculae. Ex vno scripto ac scriptore interdum facti sunt plures. Ex pluribus vnus. Nomina Auctorum quorundam, operum atque locorum corrupta. Anni impressionis deprauati. Inedita habita pro editis. Omissa etiam nonnumquam, quae omnium prima censenda erant, & alia adducta inferioris plane, vel nullius ordinis, vel si omissa non sunt, eo tamen loco non producta, quo debuissent. Et quae sunt alia huius tael: lli a viris eruditis notata. Quae tamen de laude auctori debita parum vel nihil decerpunt, quum impossibile prorsus sit in re tam difficili & operosa non labi, errare, decipi.* Idem vir doctus in *specimine Introductionis ad Historiam literariam* p. 247. LIPENIVM methodum IO. KOELMBERGERI, qui *statuam Mercurialem Theologicam Helmstadtii* a. 1661. edidit, seruasse, eiusque vitulo persaepe arasse decernit. In eadem sententia est SCHWINDELIVS in *bibliotheca exegetico-biblica* p. 14. Recensetur quoque haec bibliotheca dans *les Nouvelles de la republique des lettres* a. 1686. p. 217. Lepidum errorem commisit ANTON. TEISSERIVS, qui in *auctario catalogi Auctorum & bibliothecarum* p. 199. bibliothecam theologicam a. 1690. prodiisse putat, quum tamen eadem iam a. 1685. lucem publicam viderit.

f) In Dedicatione bibliothecae iuridicae ad Senatum Lubecensem refert LIPENIVS, se ante nouem annos hanc bibliothecam *Halis* concepisse, *Stettini* continuasse, *Lubecae* absoluisse & edidisse, se velut LOTHVM ex incendio Stettinensi, quod instabat, auspiciis Senatus Lubecensis ereptum esse. DANIEL GEORG. MORHOFFIVS in Polyhistore T. III. L. VI. Sect. VI. §. I. p. 579. editionis, quam magnus IO. ALBERTVS FABRICIVS *Lubecae* a. 1732. curauit, *ita* loquitur: *Parum hoc argumentum ornauit* MARTINVS LIPENIVS, *cuius extat Bibliotheca Manualis Iuridica, qui liber non est illa ἀκριβείᾳ conscriptus, qua scribi debebat. Non enim tale negotium suscipi debet ab homine extra iurisprudentiae sacra constituto. Putarim ego perfectum talem laborem non nisi ab optimo ICto fieri posse.* Quapropter B. FRID. GOTTLIEB STRVVIVS, qui quum in viuis esset, Duci Holsatiae a Consiliis iustitiae, & primus in Academia Kiloniensi Iureconsultus fuit, *Ienae* a. 1720. nouis locupletatam accessionibus Bibliothecam hancce denuo in manus eruditorum tradidit. Sed audiamus B. BVRCARDI GOTTHELFF STRVVII de fratris labore testimonium. Is Vir summus in *Bibliotheca iuris selecta* p. 5. in hanc sententiam respondet. Realis est bibliotheca MARTINI LIPENII, *quae Francofurti* 1679. f. *prodiit, atque suam vtilitatem habet eo, quod secundum materias libri sint dispositi, licet non sine naeuis sit, in disponendis etenim libris non adeo est accurata, immo etiam, si selectum quaeras, disputationes non raro & librorum quisquilias sub titulis saepe male electis reperies, quandoque & scriptores indicatos, qui, quoad titulum in solis catalogis bibliopolarum & nundinalibus extant, & numquam lucem aspexerunt. Locupletata indiceque instructa haec Ienae hoc anno* 1719. f. *prodiit, vbi tamen ex pagellis iam impressis percipere potui, naeui indicati nondum omni ex parte sunt sublati.* Atque HENR. CHR. L. B. DE SENCKENBERG in Programmate lectionum suarum auspicali *Goettingae* 1735 proposito p. 24. hunc in modum scribit: *Innabit heic Ephemeridum & Nouellarum lectio, iuuabunt bibliothecae iuris* STRVVIANA & LIPENIANA, *praeprimis, si huic promissa incrementa contingant, queis sane ei peropus.* Paene oblitus essem IAC. FRID. REIMMANNI, qui in *specimine Introductionis ad historiam literariam* p. 268. *Bibliothecam iuridicam secundum plerumque ICtorum sententiam multis peccatis commissionis & omissionis inquinatam esse* dictatoria voce pronunciat.

Bibliotheca realis medica, Francof. ad Moen. 1679. fol. [g])
Bibliotheca realis philosophica, ibid. 1682. fol. [h])

Hoc quadripartitum opus Bibliothecarium stupendam prae se fert industriam (quam Cel. FABRICIVS in elegantissima Praefat. qua LAMBECII Prodrom. Hist. Liter. ornavit, vocat *vtilem commendandam*) & insigni sua vtilitate omnino se commendat. Quare iniquus profecto est nonnullorum conatus, quo has Bibliothecas omni laude student priuare. Equidem ab erroribus neutiquam eas immunes dicere audeo: audeo tamen affirmare, LIPENIVM inimicorum & obtrectatorum acerbas censuras non mereri. Etenim quamdiu homines sunt homines, tamdiu maxumae molis opera, praesertim historica, & a nemine antea tentata, non possunt sine omnibus erroribus elaborari. Dicat aliquis: Esse non prius in lucem producenda, quam certo constet, omnes errores abesse. Verum hac ratione multis operibus esset carendum, quibus, licet dici non possint omnibus numeris absoluta, tamen non sine ingenti fructu vtimur. Deinde non omnis culpa tribuenda soli LIPENIO, sed & DAV. CHRIST. ZEISIO, iuueni maxime industrio & LIPENII olim discipulo, praematura morte defuncto, CHR. VALER. ZEISIO, illius fratri, & DAN. SPRINGINSGVT, Symmistae Wismariensi, quos laboris socios in Praefat. gratus adducit. Quod vero Disputationes & minima etiam scripta citauerit, laudandum in eo esse censeo, minime, quae est nonnullorum opinio, vituperandum. Etenim illustria & magna opera satis alias cognita sunt ac facile memoriae nostrae occurrunt: exiguorum autem scriptorum, nucleum saepe exhibentium, imo interdum aliquid afferentium, quod in vastis voluminibus frustra quaeritur, neque statim meminimus, neque etiam semper cognitionem habemus. Isthaec omnia sine dubio considerarunt ii, qui de harum Bibliothecarum defectibus non immodeste iudicarunt. Plura de iis legantur in MORHOF.

g) Varia, vti varia sunt hominum ingenia, iudicia tulerunt viri docti de LIPENIANO in exstruendo Bibliothecae Medicae aedificio labore. ADRIANVS BAILLETVS *dans Iugemens des Savans sur les principaux ouvrages des Auteurs* T. II. P. I. editionis nouissimae a MONNOYIO, *Amst.* 1725. procuratore p. 42. ait: *On ne peut pas douter, que cette disposition par les matieres ne soit la plus utile, mais on pourroit peut-etre encore aiouter quelque chose à l'ordre & à l'exactitude, qu'il a gardée. Il s'y recontre aussi un bon nombre de fautes autant dans le nom des Auteurs que dans les titres des matiéres, mais il faut considerer, que dans ces sortes de travaux les fautes sont presqu' inévitables, sur tout à l'égard des Livres étrangers, quand on n'a pû les voir & les examiner par soi meme. Le Volume, qui contient les traités de Medecine n'est presque qu' une compilation de* VAN DER LINDEN. In Diario, quod *Iournal des Sauons* vsitatiore nomine vocatur a. 1680. n. 9. p. 118. hoc iudicium legitur. *C'est un simple apparat ou disposition par ordre alphabetique de tout ce, qui regarde la Medecine, soit pour les choses, ou pour les titres, avec les ouvrages, tant anciens, que modernes, qui ont esté faits la dessus & les noms des auteurs, qui les ont composez. Comme* VAN DER LINDEN *est sans contredit le plus habile de tous ceux, qui se sont mellez de faire de ces sortes de Bibliotheques pour la Medecine, cet auteur auoue de bonne foy avoir pris de celle de ce Medecin Hollandois la meilleure partie de ce, qu'il a compilé dans cet ouvrage, qu'il a mis dans le mesme ordre, que celuy, qu'il a fait sur la iurisprudence sous le titre de Bibliotheca realis iuridica.* HENRICVS MEIBOMIVS, quum ANTONIDIS VAN DER LINDEN *de scriptis medicis commentarium*, & SPACHII *nomenclatorem eorum, qui artem medicam suis scriptis illustrarunt*, cum LIPENIANA bibliotheca medica confert, ait: *Longe praestantior* M. LIPENII *labor est, & cum fructu insigni coniunctus, vt carere iam* SPACHII *nomenclatore possimus.* DAN. GEORG. MORHOFFIVS in Polyhistore Tom. I. Lib. I. C. XVIII. §§. 66. p. 210. *Post illum,* scil. VAN DER LINDEN, inquit, *secundum materias disponit Catalogum* LIPENIVS, *sed magna seges restat recentiorum scriptorum, quorum nulla in illo libro mentio.* Et l. c. T. III. L. VII. §§. 3. p. 603. haec verba posteritati reliquit: *Post illos omnes telam hanc iterum orsus est* MARTINVS LIPENIVS *in Bibliotheca materiali medica. Sub titulis, enim, materiarum Auctores digessit; sed multa illic sunt manca, multa & sphalmata occurrunt. Optandum esset, vt a quodam rei medicae non solum, sed & philologicae, perito talis labor susciperetur.* IAC. FRID. REIMMANNVS l. c. p. 276. *Bibliothecam medicam ob plurima, quibus scatet, vitia necessario desiderare manum medicam* prisca grauitate censet. Notamus denuo ANTONII TEISSERII *in catalogo Auctorum & bibliothecarum* pag. 234. errorem, qui bibliothecam medicam *Francofurti* 1579. produisse scribit, quum tamen ea post integrum saeculum elapsum, nimirum an. 1679. a LIPENIO edita fuerit.

h) Bibliotheca philosophica, reliquis omnibus, teste MORHOFFIO in *Polyhistore* T. I. L. I. C. XVIII. §§. 16. p. 200. & REIMMANNO in *Specimine Introductionis ad Historiam literariam* p. 284. praestat. *Tam late autem capit* LIPENIVS, quemadmodum vere atque sapienter scribit IO. FABRICIVS in *Historia Bibliothecae suae* P. III. p. 177. *philosophiae vocem, vt omnem etiam linguarum, antiquitatum ac sententiarum notitiam, omnem item veterum ac recentiorum criticam, omnem historiam, philologiam, oratoriam, poeticam, & quidquid πολυμαθείας, aut πανσοφίας nomine venit, includat.* Idem FABRICIVS quaedam minus apposite & perperam scripta in hoc opere sagaci ingenio emendat. BVRC. GOTTH. STRVVIVS *in bibliotheca philosophica* p. 3. hoc iudicium fert de LIPENIANO opere: MART. LIPENII *bibliotheca realis philosophica Francofurti ad Moenum edita 1682. fol. in titulos digesta est, & quidem in eo laudem habet, vt de quauis materia, speciali etiam, qui scripserint, habeamus sub quouis titulo digestos, si modo meliori cum selectu id esset factum, & non quisquiliae saepe scriptorum intermixtae. Imma referuntur nonnumquam sub titulis, qui ad alios plane spectarent, vt facile adpareat libris non inspectis titulo saepius deceptum fuisse* LIPENIVM. IO. MOLLERVS, illud praecipuum Cimbriae ornamentum, *in Isagoge ad Histor. Cherson. Cimbr.* P. IV. p. 641. LIPENIVM corrigit, qui in bibliotheca philosophica MICH. KERSTENII memoriam bibliothecae Hamburgensis tribuit IAC. REBELINO, Senatus Hamburgensis typographo, e cuius officina prodiit.

HOF. *Polyh. L. I. c. 18. §. 16. p. 200.* [l]) HINCKELMANNI *Epist. Bibliothecae Philos. praemissa* [k]) BAILLETTI *Iudic. T. II. P. I. p. 46.* B. IO. FRID. MAYERI *Progr. ad Biblioth. Biblic. inuitant e p. 4.* vbi Bibliotheca Theologica vocatur *opus vastum atque eximium, & in hoc ipso argumento Biblico scriptorum maxumam copiam suggerens*, & in *Biblioth. Bibl. p. m. 44. sq. Nouuell. de la Rep. des Lettr. 1686. n. 10. Act. Erud. Lips. 1685. p. 403. Ephemerid. Erud. Ital. 1679. n. 9. Iournal des Scav. 1680. n. 9. p. 118.* BVRC. GOTTH. STRVVII *Introd. ad Notit. rei lit. C. I. §. 21. p. m. 34.* vbi licet acriter iudicetur, non negatur tamen LIPENIANAS Bibliothecas *suam vtilitatem habere* [l]) Cel. REIMMANNI *Introd. in Hist. Litter. P. I. p. 229. 247. 268. 276. & 284.* vbi Bibliotheca Philosophica reliquis praefertur. [m]) Mihi inprimis arridet iudicium Cel. RICHEII *in Not. & Animaduersionibus MSS. in* STRVVII *Introd.* (luce dignissimis) *ad Cap. I. §. 21.* his verbis latum: MARTINI LIPENII *Bibliothecae reales inter praestantissima subsidia collocandae sunt, quae librorum cupidis ad manus esse debent, vt non tantum de unoquoque argumento, quum opus est, discant, quinam scriptores de eo egerint, sed etiam vt in illas Bibliothecas, tanquam in penum communem, quotidie referant libros plures, praesertim nouos ac selectos, quos in vsum publicum de singulis argumentis prodire cognoscunt. Nemo ante* LIPENIVM *maiori cura & ordine commodiori istiusmodi opus aggressus est. Certe labores eius infra meritum plerumque laudantur. Vituperant saepe ii, qui tacite secum quam maxime vtuntur. Quum autem in tam vastis operibus quaedam veluti sit errandi necessitas, non desunt naeui plurimi, condonandi tamen modeste & emendandi potius, quam vira aptune merito petulanter exprobrandi. Quidquid vera tandem sit de erroribus Bibliothecarum* LIPENII *realium, certum est, suauem illam ex ordine alphabetica eualuendi facilitatem titulorumque & librorum copiam adea commendatos facere hos labores, vt qui semel vtilitatem eorum perspexit, non facile passurus sit tam praeclarum rei literariae adminiculum sibi deesse.* [n])

De

i) MARTINVS LIPENIVS, *Scholae Lubecensis Conrector, scriptis quibusdam in lucem editis clarus, Catalogos librorum in Iurisprudentia, Medicina, Theologia, Philosophia congessit, secundum materias distinctos, quod a multis hactenus desideratum. Libri omnes per interualla in folio editi, typoque grandiore, vnde moles quidem & pretium librorum augetur, sed commoditas notandi praetermissa relinquitur. Reliquis tamen praestare Bibliotheca Philosophica & Theologica videntur. Indices Auctorum Alphabetici adiecti. Vtilissimus labor esset, si omnes Auctores veteres & nouos secundum materiarum titulos accurate dispositos haberemus. Sed fieri vix potest, vt in istis argumentis omnibus absolutum numeris opus haberi possit; nam δευτέραι φροντίδες nouique labores semper heic locum inueniunt.*

k) *Immenso*, sunt HINCKELMANNI verba, *pariter ac infido mari te commisisti, quam primum ad eum te laborem adduci passus es, vt scriptores tot gentium, linguarum & saeculorum per rerum capita nobis recenseres. In tanta, enim, turba, varietate & affectata saepe inscriptionum obscuritate, qui fieri tandem potuit, quin subinde multa tuam industriam effugerent, multa falsa specie occurrerent, plurima ita essent comparata, vt in ordinem vix cogi potuerint? Vt omittam, te virum tot laboribus circumuallatum munusque publicum singulari semper industria ac fide administrantem. hinc tantae moli omnino tandem imparem fieri: Cui sustinendae forte ne ille quidem sufficeret, qui omni otio, librorum copia, amicorum consiliis, & ingenio abundaret. Exegisti tamen opus, & meam (libere dicam) opinionem, sic quoque superasti.* Et paucis interiectis sic pergit HINCKELMANNVS. *Postea quam, enim, a tot saeculorum memoria, in quibus bonae literae partim floruerunt, partim post foedissimam barbariem in lucem & pristinum splendorem reuocatae sunt, nemo vnus exortus est, qui sibi hoc labore posteritatem demereri voluerit, aequum sane est, primam tuam industriam suo honore tanto minus carere, quanto certior laus tuis olim aemulis proposita est.*

l) *Vtilitatem*, inquit STRVVIVS, *suam habent bibliothecae* LIPENIANAE, *suos aeque naeuos, & quidem, quod in disponendis libris non adeo sint accuratae, extantiores atque meliores libri saepe vel omissi, vel perperam adducti, in recensendis vero disputationibus & librorum saepe quisquiliis refertissimae.*

m) Ita in genere de omnibus LIPENII bibliothecis sentit REIMMANNVS: *Welches grosse greuliche* opus *in der That mehr kostet, als es von den Gelehrten æstimiret wird.* In quo iudicio ferendo aliquid affectibus suis indulsisse REIMMANNVM opinor.

n) Nunc eorum indicia adponemus, qui de LIPENIANIS bibliothecis in vniuersum omnibus publice atque libere dixerunt sententiam, & quorum nullam mentionem fecit Cel. SEELENIVS. Agmen ducat illud non Lipsiae, non Hamburgi, non aeui sui, sed omnium, quotquot futura sunt, saeculorum incomparabile ornamentum, IO. ALBERTVS FABRICIVS, qui in *praefatione ad* MORHOFFII *Polyhistorem* pag. 5. in hanc sententiam respondet: LIPENIVS *edidit varias bibliothecas, meritissimus eo nomine de literis, dignusque cuius bibliothecae accurato studio recenseantur emendataeque suppleantur diligenter in communes eruditorum vsus ac continuentur.* Sequatur MICH. LILIENTHALIVS, cuius ingenium, doctrinam, iudicium & diligentiam suspicio, & amicitia eius iactor, in notis MSctis ad STRVVII introductionem, quarum autographum possidet vir iuuenis eximius, OLAVS HENR. MOLLERVS, ad C. I. §. 21. annotat. *bibliothecarum a* LIPENIO *editarum maior est fama, quam vtilitas.* Sed, qua ego sum animi erga viros magnos aequitate, arbitror ipsum LILIENTHALIVM nunc hoc, quod iunioribus annis tulit, iudicium, non pro suo esse habiturum. Hunc excipiat doctus, sed ob portentosas, quas aluit, opiniones, infelix theologus, IO. GVIL. PETERSENIVS in epistola LIPENII bibliothecae theologicae praemissa: *Gaude tibi eruditum saeculum de libro hoc catholico, in quo praesentes, absentes, medioxumos, maxumos, antiquos, recentiores vno quasi in theatro intueris. Ostentat heic sua ingenia virosque Hispania, suos ostendit Gallia, suos Austria, Batauia suos, adsunt Germani. prodeunt Sueci, accedunt Dani, consurgunt Poloni. Immo quadripartita bibliotheca & ex quatuor facultatibus, & ex quatuor*

c

De his Bibliothecis augendis olim cogitauit VINCENT. PLACCIVS, verum *additiones* eius adhuc lucem non aspexerunt. Optandum esset, vt eruditorum virorum societas (vnius enim hominis aetatem & vires labor iste superat) Bibliothecas has diligentissime perlustraret, erroribus liberaret, & optumis libris ac scriptis augeret, Sic, enim, haberemus eruditionis praestantissimum subsidium. Sed isthaec ad pia historiae literariae desideria pertinent.

mundi cardinibus, Europa, Asia, Africa, America cardinales auctores promit, vt nec facultas nec angulus ferme sit, ex quo non aliquis huc scriptor prodierit. In hoc librorum libro velut in equo Troiano tot duces, tot luces mundi, Dux vnus LIPENIVS *in ordinem & classem redegit. Gaude tu quoque studiosa natio, tibi seruit hic liber, tibi scribitur, tibi figitur, materia disputationis deesse tibi non poterit, siue theologicam aptes, siue iuridicam, seu medicam, seu philosophicam. Scriptum est, de quo scribere intendis, heic legis, quod legis.* Audiamus THOMAM BARTHOLINVM in epistola bibliothecae theologicae praefixa venustis versiculis exprimentem verissimum LIPENII elogium:

Verum LIPENIVS *titulorum arcana recludit,*
Optima de claris exhibet ingeniis.
Vindicat e tenebris quos lucem cernere fas est.
In scripto quod iam singula scripta docet.
Doctrinae hic multae pulcra instrumenta ministrat,
In campum ducit, qui mentem recreat.
Non oculos solos pascit, fontem quoque monstrat
Qui Phoebo Sacer est, Castalidumque choro.
Hinc haurire licet, communis destuit ille,
Non exhauritur, non vitia ille capit.

Venio ad GVILIELMVM ERNESTVM TENTZELIVM, qui in *Monathlichen Unterredungen* a. 1689 p. 99. scribit: *Ich kan aus eigener Erfahrung sagen, daß ich zum öftern gefunden, daß* LIPENIVS *aus einem* Auctore *zwey, ja wohl drey, und aus zweyen einen gemacht, auch manchen fremde Vornamen gegeben, welches grosse Confusion bringet.* Idem vir clarissimus in praefatione ad Dissertutiones selectas hunc in modum futur. *Operae precium duxi, seriem disputationum mearum, occasionesque recensere, vel ea de causa, quod index bibliothecae* MARTINI LIPENII *ex me beatoque parente quinque diversos auctores fecerit. Taceo, quod libros citet numquam in rerum natura existentes, & qui alii sunt eius errores.* Agmen claudat NIC. HIER. GVNDLINGIVS, cuius iudicium in T. I. *Histor. literar.* p. 121. legitur: *Außer* GESNERO *hat niemand die Historie der Gelahrheit bishero* methodo reali siue classica *tractiret, als* LIPENIVS. GVNDLING *meint, er habe viele* Auctores *unter einander confundiret, und nichts gesetzet, als die Namen derer, die in dieser und ienen Bibliotheque geschrieben. Die* bibliotheca theologica *und* philosophica *sey iedoch accurater, als die andern. Hingegen stehe das* Journal des Savans *in denen Gedanken, als sey die* bibliotheca medica *aus des van der* LINDEN *Tractat* de claris medicis *ausgeschrieben, als worans auch* MORHOFF *seine Censur genommen hat. Allein* HENR. MEIBOMIVS, *der selbst ein gelehrter Medicus gewesen, und* in re literaria *trefliche Wissenschaft gehabt, hat den* LIPENIVM *daher defendiret, weil sein obgedachtes Werk viel vollständiger, als des van* LINDEN. *Ja* MEIBOMIVS *lobet vielmehr ienes, als eines von denen besten von denen, so bishero edirt worden.* Merentur quoque eu legi, quae Idem GVNDLINGIVS de LIPENIO dixisse fertur *Histor. literariae* T. IV. p. 6037



BIBLIO-

BIBLIOTHECA
REALIS IVRIDICA.

ABACTIO PARTVS, *v. Partus, Abortus.*
ABACTVS, *v. Abigeatus.*
ABBAS, ABBATISSA.

FR. STEPH. ALVINVS, f. *d' Aluin*, de poteſtate Epiſcoporum, Abbatum, caeterorumque Praelatorum, praeſertim Regularium, nec non Abbatiſſarum, *Par.* 1614. 8

GEO. HENR. AYRER, de PontificisRomani poteſtate circa exemtiones Abbatum & Monaſteriorum Germaniae, *Goett.* 1754. 4

IO. CASP. BARTHEL, Diſſ. de Iure & iurisdictione Abbatum ſpirituali & temporali, *Herbipoli* 1736. 4

Le Rang des Abbez dans la Hieratchie de l'Egliſe par CASP. COROIER, *Par.* 1642. 4

ANDR. DALNERVS, de iure Abbatis, *Ingolſt.* 1600. 4

HVLO. AB EYBEN, Iudicium ſuper quaeſtione, *daſs eine der evangeliſchen Religion zugethane Aebtiſſin in Deutſchland, wenn ſie ſich verheyrathet, nicht nöthig habe zu reſigniren*, ext. inter ſcripta Eiusdem edita, *Arg.* 1708. fol. T. II. p. 900.

ANT. MASSAE, allegationes pro Abbatibus ex congregatione Caſſinenſi, *Venet.* 1552. 4

PET. MÜLLER, de Gynaecocratia in regionibus Imperii Germanici, *Ien.* 1685. 4. ubi Membr. I. de Abbatiſſis agit.

HENN. RENNEMANNI Diſp. de Principibus I. R. G. polit. vt et Abbatibus, Praepoſitis & Abbatiſſis quibusdam non Principibus, Inſerta Eiusd. Iurisprud. R. G. P. I. n. 27.

IGNAT. ROOERIQVE de Abbatibus, *Wirceb.* 1728. fol.

FRIO. ZOMELII Capita canonica de iure Abbatum decretis conv. illuſtrat, *Ingolſt.* 1728. 4

ASCAN. TAMBVRINVS, de Iure Abbatum, caeterorumque Praelatorum, Epiſcopis inferiorum Tom. IV. *Romae* 1638. fol *Lugd.* 1640. fol. *Colon.* 1691. ful. ac *Auguſtae Vindelic* 1698. fol.

HENR. GÜNTH. THVLEMARII Rationes, *daſs eine der evangeliſchen Religion zugethane Abbatiſſin in Deutſchland, wenn ſie ſich verheyrathet, nicht nöthig habe zu reſigniren, ſondern, wenn ſie will, die abteyliche Würde, Regierung und Einkommen Zeit währenden Eheſtandes behalten könne*, *Francof.* 1691 & 1704. 4. Extat quoque in FABRI *Staats-Canzeley* P. II. p. 88.

IO. PHIL. TREIRER, de Abbatibus, *Erf.* 1717.

ALPH. VASQVEZ DE MIRANDA, quod liceat Abbati in habitu Praelati incedere & munus Regentis in regio Concilio adminiſtrare: Extat inter Vota Deciſiua AVGVSTINI BARBOSAE, *Lugd.* 1643. fol.

Id. Quod Abbas perpetuus nulla Pontificia diſpenſatione indigeat pro munere Senatorio exercendo in Concilio Regio, *Madr.* 1644.

IO. CHRIST. WAGENSEIL, de Abbatiſſis, *Alt.* 1687. 4

ABBREVIANDARVM LITIVM MODI, *v. Lis.*
ABBREVIATIONES, ABBREVIATVRAE IVRIS. *conf. Notae.*

MATTH. GRIBALDI methodus legendi abbreuiaturas, *Col.* 1672. 8

CHR. GVEINZIVS, Tr. de libris iuris, vt & de Abbreuiationibus ICtorum. *Colon.* & curante WILDVOGELIO recuſus, *Ien.* 1700.

MAGNONIS abbreuiaturae iuris, per ELIAM PVTSCHIVM, *Han.* 1605. *Par.* 1586.

IASON MAYNVS, de modo legendi abbreuiaturas. Extat in Oper. *Ven.* 1622. fol.

Modus legendi abbreuiaturas vtriusque cenſurae. *Par.* 1518. 8

Modus legendi abbreuiaturas in iure tam Ciuili, quam Pontificio occurrentes; acc. Tituli in vniuerſum Ius Ciuile ex HALOANDRI recogn. *Lugd.* 1544. 8

Modus legendi abbreuiaturas in iure tam cioili, quam pontificio occurrentes, acc. Tituli ſiue Rubricae in uniuerſum Ius Ciuile, *Col.* 1560. 8

De modo legendi abbreuiaturas in vtroque iure. *Norimb.* 1494. 4

- acceſſerunt flores legum & brocardica iuris, *Col. Agr.* 1600.

IO. HENR. ROTHERI Commentatio lireraria in hiſtoriam digeſt. Ludouicianam, annexo corpore portatili titulorum iuris; vt & modo tam allegandi, quam abbreuiaturas legendi &c. *Lipſ.* 1743. 8

IO. SERPILII delineatio Iuris Canonici & Ciuilis, in vtroque tam allegandi, quam abbreuiationes legendi modum exhibens, *Ien.* 1688. 8

SAM. STRYCKII Diſſ. de Etcaetera, *Frf.* 1675 recuſa *Lipſ.* 1746.

ABDICATIO LIBERORVM
v. Emancipatio Exheredatio, Separatio.

CHRIST. HENR. BREVNING, Diſſ. de abdicatione ad l. 6. C. de Patr. puteſt. *Lipſ.* 1753. 4

IAC. CARMON Diſſ. de abdicatione liberorum, ſecundum principia ioris ciuilis, morum Germanorum & Iuris Lubecenſis, *Roſt.* 1733. 4

ABDICATIO
ſ. Reſignatio, Regnorum, Officialium.

IO. CHRISTOPH. BECMANNI Diſſ. de abdicatione regni, *Frf.* 1671. 4

IVST. CHRIST. DITHMAR. Diſſ. de abdicatione regnorum aliarumque dignitatum illuſtrium tam ſaecularium, quam eccleſiaſticarum, *Frf.* 1724. 4 in Collect. Ei. Diſſ. p. 185-216.

WILH. GOODLAEVVS, ſ. GODELEVAEVS, de abdicatione ſ. renunciatione Imperii & regnorum a Carolo V. &c. *Baſil.* 1574.

IO. CHRIST. MÜLDNERI Poſitiones inaugurales, in quibus ius naturae, definitio & fundamentum, abdicatio regni, ius primariarum precum & alienatio geradae explicatur, *Erf.* 1692. 4 & plurimis in locis auctae & ſuppletae, *Hal.* 1698

VLRICVS OBRECHTVS, de abdicatione Caroli V. Imper. *Arg.* 1676. Eius academ. p. 231. seq.
HIER. PEROTTI, de constantia in abdicatione Magistratus, *Neap.* 1633.
IO. STRAEHLER, Quaestiones Iuris Publici Qu. I.
SAM. FRID. WILLENBERG, Diss. de Veneratione erga principem post abdicatum imperium, *Gedan.* 1723. 4
IO. ERN. ZAFFFII Diss. de abdicatione ab officio, *Alt.* 1686. 4

ABIGEATVS

FRANC. CORN. VAN BOCHOVEN, Diss. de abigeis, *Vitraj.* 1727. 4
GE. LVD. BOEHMERI Diss. de abigeatu ex furto equorum, *Gött.* 1742. rec. *Giess.* 1754. 4.
FERD. CHRISTOPH. HARPRECHTI Diss. de Crimine abigeatus, *Tub.* 1692. 4 extat in Eius Disp. Tom. II, n. 67.
PET. LONS, de Abigeis, *Lugd. Bat.* 1717. 4
TH. MERENS Diss. de Abigeis, *Lugd. B.* 1752. 4
CHR. THOMASII Disp. de abigeatu, *Lips.* 1687. 1723. 4. inter diss. Ei. Lips.
CHR. WOLDENBERGII Diss. de abactu, siue abigeatu, *Rost.* 1671. 4

ABLATA

conf. Furtum, spolium.

MART. AZPILCVETA Nauarrus de restitutione spoliatorum & ablat. extat T. III. Opp. *Rom.* 1590. fol.
GEO. BRAVTLACHTS, meditam. pacificat. de restitutione bonorum ablatorum, dignitatum & honorum, *Frf.* 1644. 4
WERN. THEOD. MARTINI, de restitutione alieni iniuste ablati, *Vit.* 1673. 4
PET. à NAVARRA, de ablatorum restitutione in foro conscientiae, seu de restitutione spoliatorum, *Lugd.* 1593. *Lugd. Brix* 1606. fol. & Tom. III. Opp. *Rom.* 1590. fol.
IO. GEO. SIMON, Disp. de ablatione rei alienae in casu necessitatis, *Ien.* 1675. 4 Extat in Eius Praecid. academ. Part. II. n. 5.

Abloβung.

ABOLITIO

conf. Aggratiandi Ius add. Crimin. Remissio delicti, Amnestia.

IO. ALOYSII Tract. crimin. amnestiae, praefertim abolitionis & indultus, *Ven.* 1605. 1644. f.
IO. RVD. ENGAV, Diss. de Abolitione, *Ien.* 1754. 4
EPH. GERHARD, de criminum abolitione, *Ien.* 1714. 4
A. KAESTNERI pr. de poenae mutatione a Principe & magistratu merum imperium habente, *Lips.* 1747. 4.
AVG. LEYSERI Progr. de Cautelis a principe in concedenda criminum abolitione obseruandis, *Vit.* 1739. 4 & in Med. ad Pand. Spec. 626.
HENR. LINCKE, Disp. de abolitione delicti circa rem nummariam commissi, *Alt.* 1695. 4
IO. CHRIST. SCHROETERI Progr. de abolitione antiqua & hodierna, *Ien.* 1727. 4

DAV. STAVINSKY Diss. de Criminis abolitione ob diem insignem, *Reg.* 1701. 4
IO. SAM. STRYCKII Diss. de abolitione principis, *Hal.* 1695. 4
IO. WOLFG. TRIER, de abolitione criminum, *Frf.* 1734. 4
GREG. TVLSNERVS, de abolitione, *Giess.* 1652. 4 resp. ERICO MAVRITIO inter cuius opuscula ea locum XX. occupat.
CHRIST. WILDVOGEL Diss. de abolitionibus & iure tertii circa illas, *Ien.* 1727. 4 Inseruit hanc IO. ZANGERI aliorumque ICtorum de exceptionibus & replicationibus opusculis selectis p. 581-616. HENR. CHRIST. SENCKENBERGIVS.

ABORTIO, ABORTVS.

MICH. ALBERTI Disp. de Abortus noxia & nefanda promotione, *Hal.* 1711. 4 Extat in Eius Iurisprud. Medica Tom. III.
Eiusd. Disp. de Abortus violenti modis & signis, *Hal.* 1730. 4 Extat ibid.
IO. CHRISTOPH. ARTOPAEI Disp. de poculo abortionis eiusque poena, *Arg.* 1682. 4
IO. PHIL. SLEVOGT, s. potius IO. PAVL. KRESSII Diss. de Crimine abortus, *Ien.* 1705. 4
MARC. ALPH. VIBALDVS, contra procurantes abortum. Extat cum Candelabro Eiusdem, *Venet.* 1602. 4
SAM. FRID. WILLENBERGII Diss. de abortionis & amatorio poculo. Extat in Eius Disp. Sabbath. P. I. n. 23.

ABROGATIO LEGVM, *v. Lex.*

Abschied, *v. Recessus.*

Abschlag, *v. Solutio.*

Abschoß, Abzug, *v. Detractio, Gabella.*

ABSENTIA, ABSENS.

GEO. CHRIST. BEZOLD, de absentia eiusque effectibus in iure, *Alt.* 1698. 4
BOOTS Diss. de absentia, *Frf.* 1667. 4
IAC. FRID. BOTTIGER, de iure naturaliter absentium & ciuiliter praesentium, *Ien.* 1717. 4
IO. BVNZ, Diss. de absente pro mortuo declarando, eiusq. acquirenda hereditate, *Bas.* 1686. 4
FRANC. CAR. CONRADI Progr. de Cura feudi, absente Vasallo successoribus beneficiariis proximis competente, *Lips.* 1725 4
CHRIST. LVD. CRELL, Diss. quando curator absentis heredes aeque propinquos a successione excludat? *Vit.* 1737
IO. RVD. ENGAV, de iure absentium, *Ienae* 1753. 4
GEO. ENGELBRECHT, de iure absentiae, *Helmst.* 1687 4
GERH. FELTMANN, de promotione absentis &c. *Duisb.* 1667. 8
CONR. FRIEOLIBIVS, de iure & priuilegio peregrinorum & absentium, *Hamb.* 1679. 4
IO. ANO. FROMMANN, de his, qui reip. causa absunt, *Tub.* 1670. 4. Extat in Disp. Eius Tom. II. n. 6.
TOBIAS GRANZ, de excusatione absentiae, *Ien.* 1684. 4

IOACH.

IOACH. GÜNTHER, de priuilegiis absentium, *Erf.* 1706. 4
FERD. AVG. HOMMELII Diss. Septuagenarius absens factus, quando mortuus praesumatur, *Lipf.* 1751. 4
I. C. LAVBERI, Disp. de Curatoribus bonis absentium dandis, *Altd.* 1664. 4
AVG. LEYSER, de absentibus. Extat in Meditat. Eius ad Dig. Spec. 63
Id. de Heredis absentis curatore. Extat. cit. loc. Spec. 97
Id. de morte absentis probanda, *Helmst.* 1718. in Med. ad Pand. Sp. 95
ERIC. DAN. LIEBHABER, de cura cognatorum in bonis absentium, *Lipf.* 1716. 4
GEO. HENR. LINGK, quando absens habeatur pro mortuo, *Alt.* 1727. 4
IER. EBERH. LINCK, de absentis deperditi hereditate, *Arg.* 1734. 4
